



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Malvm Svmmi Mali Sive De infinita grauitate peccati  
mortalis Libri Qvinq[ve]**

**Pelecycus, Johannes**

**Monachii, 1615**

XIV. Mortiferum peccatum manum suam violentiam corpori injicit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52025)

vehimur eadem, causam quoque  
habemus lugendi, lugendi au-  
tem? remis & velis laborandi, ut  
sedatis compressisque his bello-  
rum motibus, Domino impe-  
rante, tranquillitas redeat, vnaque  
dominetur, quæ dominari debet  
ratio.

## CAPVT XIV.

*Mortiferum peccatum manum suam  
violenter corpori iniecit.*

Quam sit peccatum læthi-  
ferum animæ hominis  
impij noxium, vidimus, videa-  
mus quam sit idem corpori  
quoque illius perniciosum. Tri-  
tariam verò corpus, illud lædit,  
vel Dei, vel animæ, vel sui ipsius  
ratione. Quod ad primum per-  
tinet, impedit illud primò (con-  
trà quam Apostolus his verbis  
præcipit: *Obsecro vos, ut exhibeatis Rom. 12. 1.*  
*corpora vestra hostiam viventem, Deo*  
pla-



placentem, rationabile obsequium ve-  
strum) ne corpus Deo dicetur con-  
secraturq; per gratiã nempe di-  
uinã viuũ. Deinde corpus, quod  
D. Paulo auctore, *sanctũ est templũ*  
*diuinæ maiestatis, & sacrariũ spiritus*  
*sancti*, violat. Tertio, quia depoli-  
tũ Dei, gratiæ scilicet incompa-  
rabilem thesaurum, in corpore  
disperdit, illudq; a deo inhono-  
rat, Deumq; offendit. Postremo,  
quia facit, vt homo, corporis ra-  
tione, Deo non seruiat, & in eo  
non exultet. Quod ad secundũ:  
corpori, animæ respectu, nocet  
quoq; peccatũ mortale; *aggrauat*  
*enim animam corpus quod corrumpi-*  
*tur, cum eam potius, ceu illius*  
organum, iuuare debuisset; cu-  
stodem etiã illud facit legis  
membrorũ, & carnis, quæ malũ  
operatur; non finit tandem cor-  
pus animæ famulari. Quod ad  
tertium: Nullũ est peccatũ, quod  
corpus,

1. Cor. 3. 16.

1. Cor. 9. 15.



corpus, sui ratione, non laedit, & ratione quadam à recto statu dimoueat: *superbia quidem, juxta D. 34. Mos. Gregorium, clamorem habet, amaritudinem in silentio, dissolutionem in hilaritate, furorem in tristitia, inhonestatem in actione, honestatem in imagine, erectionem in incessu, rancorem in responsione.* Auaritia corpus extenuat, & ne marsupium euacuet, necessario alimento & indumento priuat. Luxuria corp<sup>o</sup> exedit atq; conficit. Inuidia corpus tabe consumit, gula corpus grauat, morbos generat, vitam contrahit, dies dimidiat. Ira corpus accedit, & quasi furiis exagitat, Acedia ossa ipsa consumit. Verbo: peccatū mortale corpus morbis innumeris debilitat, vires illi<sup>o</sup> cōsumit, speciē & formā destruit, laborū longitudine, arūnarum latitudine, dolorū profunditate conficit, *amaritudinib<sup>o</sup>*



*Thr. 3. 15.* vt Propheta ait, replet, & absyn-  
thio inebriat, mittit, iuxta alium,  
*Ezech. 17. 24.* bestias pessimas usq; ad internecione,  
pestilentia & sanguine per illud trans-  
eunte, vt & gladio; infelicissima  
tandem & citissima aliquando  
mortis causa existit, eamq; cum  
morte secunda & æterna com-  
mutat. O peccati mortalis gra-  
uitatem & infœlicitatem!

## CAPVT XV.

*Corporis partibus & membris magna  
damna facit peccatum mor-  
tale.*

**D**E corporis detrimentis,  
quæ illi à peccato mortife-  
ro inferuntur, quædam in gene-  
re diximus, de damnis membro-  
rum & partium illius in specie  
aliquid quoque dicendum vide-  
tur. Caput ad arrogantiam effert  
peccatum mortale cerebrum  
vertigine rotat, fronti frontem  
adimit,